

Acinas, inquit, pugil olympionices, quod prope magis est, et gloriosius
quam Romae triumphasse.

Pythia, Ludi Apollinares, in Apollinis honorem instituti,
ob eadem Pythonis serpentis nocentissimi, aut ut Strabo lib. 9 scribit, ho-
minis sceleratissimi, cognomento Draconis. Ex hoc certamine victor
coronam lauream cum malis reportabat. Nam quod Ovidius Py-
thionum victori Aesculeam coronam videtur tribuere lib. 1. Metamor. cum ait:

Neue operis famam posset delere vetustas,

Instituit sacros celebri certamine ludos

Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos,

Hic iuuenum quicunque manu, pedibusque, rotæque

Vicerat, Aesculeæ capiebat frondis honorem

Id ex animi sententia non scripsisse illum, sed ut commodiorem ad fabulam
Daphnes faceret transitum, constat ex eo quod subdit: Nondum Laurigerat

Nemæa